

4113  
A

R

13/22-50

De  
MICROCOSMOS

De,

Magnò Mundi Myſterio & Medicina  
Hominiſ Liber geminus,

MAGNI BASILII VA  
LENTINI,

Quondam Ordiniſ Benedictini, Phi  
loſophi Germani:

*Exterorum in gratiam recens*

AB

ANGELO MEDICO


*Latinitate donatus.*

Cum Interpretis Aphoriſmiſ Baſilia  
niſ & Praefatione Philoſophicâ,

AD

Illuſtriſ. Ceſſiſſimumque Principem,

DN. AUGUSTUM ANHALTINUM, &c.



MARPURGI  
Typis Guolgangi Kezelli

MDCLXXII



Philiatricis Hermophilis  
Hermophilus Philiochemicus

*ἠεροδοσῆαι καὶ ὕδατι νεῖ.*

**N**Empe Microcosmi Princeps Essentia Quinta  
Æternum Æterni viva, propago Dei, est;  
Insufflata Homini; nec humo producta; nec Ætus  
Nata; Creatoris cum sit imago sui.  
Hanc Charites stipant ternæ; Vis Mercurialis;  
Cum vi Sulphuræa, cumque vigore Salis;  
Queis Anima, aheretis veluti de sedibus ortis,  
Fœdere conjuncta est dulcis amictiæ.  
Quod superat Terræ est, expers cū phlegmate vitæ;  
Vis expers; Mortis triste domicilium.  
Nucleus ex his est Medico eliciendus; Is inter  
Majoris Mundi vimquæ Minoris habet;  
Corpus nob corpus, quod maturetur oportet,  
Quod recinet vitam, pellit & interitum.  
Hoc, si quisquam alijs, Basileus explicat heros,  
Pius hic, quam Medicus credere possit, habet.



*Basileus explicat heros,  
Pius hic, quam Medicus credere possit, habet.*



Illustris. Celsissimoq; Principi ac  
Domino,

DN. AUGUSTO  
PRINCIPI ANHALTINO:  
COMITI ASCANIÆ, DOMINO SER-  
vestæ & Bernburgi &c. Ducatuū Li-  
guicentis & Bregentis in Silesia Proprinci-  
pi &c. Du. Clementissimo.

**D**Ecurrit tandem, Divinâ  
Gratiâ, laboriosum ac per  
difficile multorum anno-  
rum curriculum, AUGU-  
STE Princeps verè auguste; Domino  
Gratiosissime; quo admirandæ illius  
post Helianam temporis circumactâ  
periodum fataliter patefaciendæ Me-  
dicinæ Hermeticæ ac Paracelsicæ no-  
titiam nec obscuram nec dubiâ asse-  
qui posse videmur: quæ ab omni im-  
punitate Microcosmū juxta ac Macro-  
cosmum vendicat; inq; Lunæ Solis-  
quæ centrum transmittit, quorū hic  
Calo-

Caloris innati pater & author, illa hu-  
moris Radicalis fons est & mater.

Hac de causa haud dubitavi Philo-  
sophiæ secretioris Principem, adeoq;  
Regem, Basilium Germanum, alteras  
ob ejusdem Imperatore & Monarcha  
illo Paracelso Helvetio jure-merito  
obtinente, præsertim quâ de Regni  
potissimum Animalis ASA & PHA-  
LALIA agit (ex voce, ut videtur, A-  
sphaleia fabricatis, quia ejusdem ori-  
ginis dux cùm sint, securitatis huma-  
næ sunt veluti obsides) nuper à me  
*natura videtur* expressum & Latinitate sim-  
plicissima donatum Clementissimæ fi-  
dei Illustrissimæ Celsitudinis vestræ,  
tanquam harum artium ac partium  
altricis, unice commendare.

Commendat tamen ipsemet ma-  
gnus hic noster sese Basilius basilicè,  
dum in libro preparationum de spiri-  
tu vini agens: *Tria sunt (inquit) que in-  
ter omnia Mundi creata, longe sunt nobilif-  
sima, interq; se mirifice etiam atque etiam a-  
mant. In Animantium genere est Homo  
cujus Mumia lapis Animalis paratur, in*

*quo Microcosmū continetur.* Magnum hoc equidem magnum, quod more suo, hoc est Philosphicè, Mumiam humanam subjectum Lapidis Animalis facit, hoc est Microcosmi Balsamū, haud equidem, ut ita desipere existimandus sit, quasi ex cortice, & crusta verborum abditam intus medullam & nucleum Philosphicum mox deprehendi posse, aut cum vulgo Aleiptarum loqui voluisse Philosphum suspicari debeamus: sed quia his verbis tum sagaciores allicere tum hebetiores deterrere voluit, illos ut profundioris Mamix vim perscrutari studerent: hos ut quod scrutando assequi nunquam possent scrutari desinerent. Majus vero est, quod in Lapide animalitotum Microcosmū contineri verissimè asserit, Quemadmodum enim (ut exēplo rē declarem) aliquo ex urinae inspectione Medicus de summo imo & medio ventre atq; inde de tota hominis complexione pronuntiat, quia, illi tum valetudinis tum in valetudinis certa quaedam indicia apparent

ex quorum cognitione in constituti-  
onem Naturæ humanæ perducitur:  
ita summa, ima, atq; media illa, quæ  
in urinâ non apparent, in Microcos-  
mi Mummia sive Balsamo [ quem  
limbum utriusq; Mundi post Para-  
cellsum vocamus ] multò extant ex-  
pressius atq; solidius, quandoquidem  
re ipsa uni illi insunt omnino omnia,  
quæ alibi sparsim habentur.

Validè verò pergens Valentinus  
noster: *Inter Mineralia [inquit] Aurum  
est nobilissimum.* Rectè. Nam & Para-  
cellsus eadem de causâ Regale & Me-  
tallorum illustrissimû vocat Aurum,  
sive de illo minerali in vulgus noto,  
sive de alio quodâ minerali, quod illi  
æquipollet, aliunde parato accipias.  
*Fixitas enim eius (addit Valentinus) om-  
nino ipsius Nobilitatis prosapiam arguit. In  
Vegetabilibus autem esse lapidem vege-  
talem ostendimus. Iam verò præ omnibus  
creatorum generibus nostris oculis subiecto-  
rum. Homo auri utriusque amore præcipue  
tenetur: vicissim ab Auro & vino etiam  
redamatur homo. Nobilissimum enim  
quod*

quod aurum habet sui; libens communicat  
vino, unde potus fit arte, hominibus vinum  
& robur vite producens ad multos annos.  
Neque secius aurum & homo amantur à  
vino. Nam & cum tinctura Solis vinum a-  
mice conspirat, omnemque Melancholiam  
& mœrorem omnem fugat, recreans & ex-  
hilarans cor hominum. Qui igitur tres hos  
lapides (inquit) habuerit, is vere gloriari  
poterit, se lapides & auri sive universalis  
nactum esse; qua de re quidem multa & di-  
cuntur, & scribuntur. sed vix uni, uni in-  
quam, ex cœteris oculorum millibus adhuc  
patuit. Lapidis enim hi [inquit] innovant  
homines juxta ac juvenia: metalla leporesa  
persanant. Arbores in frugiferas omnes her-  
basq; crecentes palingenesia sui fecundant:  
ita ut humana mens eadem satis capessere,  
atq; pro dignitate imbibere nequeat.

Ethæc quidem hætenus de tri-  
plici Mineralium, Animalium, Vege-  
tabilium regno regaliter omnino Ba-  
silius. Ubi tam evitentibus notis sub-  
jectum Spiritus Hermetici, sive balsa-  
mum Microcosmi ob oculos posuit,  
uti necessario me stupor stupefaciat



incredibilis Physicorum, quibus id in  
tam clara luce manet inobservatum  
stupendum in modum. Nec verò est,  
quod quisquam sibi hoc loci universa-  
le quoddam extra Triplicitatis huius  
definitum tergeminum ambitum am-  
biens fingat: uti faciunt qui ex ambi-  
ente nos aëre, ex aqua Cœlesti, ex Ro-  
se Majali, ex Matis murive salugine,  
hoc ipsum sollicitè captant: licet A-  
quam esse perperam lubens dederim,  
quæ in omnibus mundi partibus pas-  
sim sit obviam. Longius enim ista,  
quàm deceat, arcessuntur, & necessa-  
riò prius Naturam Mineralem, Ani-  
malem, Vegetabilem, induant oport-  
et: quam de eorum definitione uni-  
voca esse possint. Quomodo igitur  
triplex trium Lapidum illud genus in-  
de constitui poterit? Proxima igitur  
sunt sumenda & quæ à Deo formata  
jam præsto sunt & definitioni cuiusq;  
generis per se insunt, & præ pedibus  
cernuntur ac manù tanguntur: nisi  
cum insano pseudochymicorum  
choragio insanire libet; aut Metaphy-  
sicum

sicutum aliquod vel Logicum ens sup-  
ponere: quod quid aliud est quam  
cum Ixione nubes amplecti ad pro-  
ducendum centauros: adeo longè hi  
abscedunt, qui universale universalis-  
simum nescio q, vel ex ipsis radiis sola-  
ribus venant. Satis enim verò satis est,  
quod huic Ixionico universali adver-  
satur triplicitas Regni Mineralis, Ve-  
getabilis, Animalis, quæ est materia  
secunda, non prima, teste experientia  
rerum videlicet compositarum, non  
simpliciũ. Sed hæc hæc haec. Nam cū  
duplici hoc aureolo Libro de Micro-  
cosmo, deq; Magno Mundi mysterio  
& Medicina hominis, totius Herme-  
ticæ disciplinæ fundamenta explicen-  
tur; imo totum illud abditissimum,  
Naturæ Arcanum summum, cætera  
omnia multis post se parasangis re-  
linquens, plusquam apertè ab oculos  
ponatur, satis est digitum ad fontes  
intendisse. Celsitudini verò vestræ  
Illustrissimæ, quantillum hæc mei labo-  
ris est atq; operæ, quam humilimè do,  
nec sine causa dico, Cùm enim omnis

ca Virtutis Heroicæ juxta ac Nobilitatis antiquissimæ Principatum augmentissimum omni omnium disciplinarum luce condecoraverit, non potuit à me certius præsidium interiori huic philosophiæ quærî, nec debuit, quàm hinc quiverit ac debuerit. Accedit hûc sincerior Religionis cultus, quo vel uno sanctissimo firmissimoquè asylo nixi ambo hi fœtus gemelli, extenebris Monasticis in lucem producti, gratiosæ ejus tutelæ patrocinium clementissimum supplices ambiunt, indicium bonæ frugis de se luculentius edituri, ubi jussi fuerint. Patiatur igitur eos Augusto Augusti Nominis sui præsidio Illustrissima Consuetudo vestratutos adolescere, eorundemquè pro innatâ Clementiâ suâ & in Mulas sacras sacra faventia curam suscipere ne gravetur, donec se gratos aliquando præstare vicissim poterunt. Atq; his illi una mecum illustrissimæ Cels. V. à Deo Ter. Opt. Max. omnia felicissima, faustissima, fortunatissima.

tissimaquē comprecantur, Perferi-  
prum Ann oincarnati verbi sexcen-  
tesimo octavo supra millesimum, po-  
stridie Idus Quintileis: qui dies Cel-  
sidutinis vestræ Illustrissimæ Natali  
quarto & tricesimo veluti Phos-  
phoro, triumphat.

Illustris. Celsi. Væ.  
obsequentiis.

D. Angelus Medicus Eg. IC. T.





LIBER I,

DE

# MICROCOSMO,

Sive de

*Minore Mundo Corporis Humani,*

Fr. BASILII VALENTINI,

Ordinis Benedictini:

Quid ille in se contineat, ex quibus in unum compactus sit, & quid totum eius contentum atq; subiectum possit, una cum illius fine atq; exitu: quod ut omnibus Sapientiæ fundamentum amantibus præcipuum, ita scitu per est necessarium.



Omnis Artis indagatores desideratæ Sapientiæ probè advertere debent; hoc que à me homine Religioso, cui multa ab Altissimo ad patefaciendum Naturam, per assiduas preces indulta sunt, profectum dilli.

diligenter perpendere, quod corpus  
humanum sese dirigat atq; sequatur  
ductum majoris Mundi. Minus enim  
... è paret majori, & à Maximo ac Po-  
tentissimo minimum atq; levissimum  
regitur,

Continet autem major Mundus  
præcipuè in terra, quæ summa sunt,  
ex quibus cætera velut accidentia or-  
iuntur. Primum enim consideratur  
materia tanquam forma hujus mun-  
di (Auctor intelligit per formam  
materiam compactam, sive corpus)  
quæ quidem materia ex mero nihilo  
in formam est collocata atq; formata  
cui materiei statim à Creatore ordo  
fuit prescriptus, quomodo debere  
regimen exercere, posteaquam ad vi-  
tam & intellectum pervenerat. Ita  
igitur forma & materia est terra & a-  
qua: quia in creatione per separatio-  
nem aquæ à terra, forma & materia  
perficiebatur, tanquã unum per duo  
coherentia, undè alia animãtia om-  
nia & vegetabilia ortum suũ ducunt,  
& reliqua duo consequentia ipsorũ  
vitam

vitam operabantur, nempe aer & ignis, quæ duo itidem sunt conjuncta. Materia igitur sive forma est terra: in terra est Sal. Nam terra est corpus: Sic etiam minor Mundus Hominis. Nam initio corpus ejus etiam est forma sive materia: quia hæc forma ex terra facta est. Et materia perfecta non erat, donec accedebant reliqua ex Dei ordinatione. Tunc demum forma perfecta atq; viva reperta fuit. Hanc vitam igitur adepta est forma sive materia per motum, motus vero primum suum principium adeptus est ex aere, perfectam autem maturationem per convenientem teporem atq; calorem, qui in aere mobiliter includitur. Hinc aer magnæ telluris causa fuit fecunditatis. Per Aerem enim erat aperta & nanciscebatur locum pariendi per motum.

Cum igitur terra pragnans esset, & seminis sui ederet indicium per aquositate[m], tum aer & calor in inferiore & superiore Regione Astrorum in causa erant cur partus consequeretur

retur, nempe ut flos aperti & conceptus fructus per confectionem caloris maturari penitus posset.

Tepor ille sive calor est calidus spiritus sulphurus, qui superfluam aquositate crassitiam & phlegmaticam materiam [quæ in initio generationis nimia est in terra, antequam aer suam Synarchiam per attractum ejusdem obtinere potest] cum superfluitate partus sui secum evellit & tanquam Medicina exsiccat.

Sic igitur secunda principalis pars Microcosmi est Mobilitas sive motus. Nam per naturalem aerem & calorem temperatum materia sive forma. Microcosmi demum adepta est inobilitatem; quia materia prius erat sine vita, quæ deinde per calorem excitabatur in vitam. Id ipsum igitur erat spiritus vitalis sensibilis, qui Microcosmi spiritus est sulphureus, & per calorem corpus calfacit, superfluitatem terreitatis eius per subtilitatem essentiae suæ exsiccat, crassumque corpus continua mobilitate dirigie  
Nam



Nam post caloris interitum si quis do-  
minium obtinet, ac recedente Spiri-  
tu Vitali nulla sensibilitas in arteriis  
percipitur, sed corpus mortuum re-  
peritur loco vitæ per discessum calidi  
spiritus Sulphurei, quod prudentio-  
res pro arcano debent habere.

Postquam igitur duo prima Ele-  
menta materiam & formam ante o-  
culos collocarant, & a duobus poste-  
rioribus mobilitatem ac motum per-  
lucem item acquisiverant, necum  
tamen adhuc ulla Majoris Mundi  
perfectio ostendi poterat: nisi Crea-  
tor ulterius augmentationem sui se-  
minis terræ concessisset, tam frugibus  
quam animalibus. Etenim Deus  
terræ indidit imaginationem quan-  
dam omnis generis seminum, unius-  
cuiusque producendi secundum su-  
um genus. Hæc terra imprægnaba-  
tur per imaginationem eia Deo con-  
cessam, quæ deinde semen hoc per hu-  
miditatem suam oculis humanis sub-  
jecit, calore id maturante & digerente  
ad hoc usque tempus.

B

Sig

Sic item postquam materia de  
forma huiusmodi fugat, prae oculis ex-  
terea & aqua facta ac proposita, tunc  
vita per inspiratum calidum, aereque  
Creatoris accedit & terrestrem sub-  
stantiam frigidam, calefecit, ei que cari-  
lorem suum ad vitam & mobilitatem  
communicavit, qua erat anima, nem-  
pe VERUM illud sulphur huiusmodi spiri-  
tuale non tangibile, per suam ope-  
rationem solum perceptibile. [intel-  
lige spiritaculum vitae per animam im-  
mortalem conjunctam calido innato  
sive spiritui sulphureo Microcosmi]

Cum hoc totum esset peractum  
Igitur homini insuper, imaginatio-  
nem tribuit ad intellectum eius perfi-  
ciendum, ut per imaginationem om-  
nia animantia terrae cognosceret,  
& unicuique nomen suum proprium  
imporere ac tribuere posset: quem-  
admodum etiam conjugem suam e-  
iusdem imaginationis beneficio a-  
gnoscere didicit, nempe quod caro &  
os esset, de suo corpore ortum.

Tum

Tum jam demum Homo ad se  
perfectus, cum jam esset in  
corpore tangibile. Forma in vitam  
adducebatur per animam. Adhuc  
duobus illis addebatur præterea spi-  
ritus subtilis imaginationis, qui nihil  
est aliud, quam invisibilis quaedam &  
incomprehensibilis facies instar op-  
ficis cuiusdam ad omnia in ingenio si-  
militer efformadum, qui in superiore  
regione Microcosmi volatilitate sua  
præcipue domicilium suum habet, &  
jure Mercurius sive spiritus invisibilis  
Corporis humani nuncupari potest.  
Forma & materia est terrena: Vita  
est in mobilitate sua, & cognitio in-  
tellectus omnis ad bonum & ad malum  
in acuta consistit speculatione & ima-  
ginatione Microcosmi. Quidquid  
supra has tres partes principales in-  
venitur in homine, natura  
se tanquam cadaver abiecit. Est  
enim tantum instar molli cuius-  
dam, quod ab his tribus separatum  
est. *ANATOMIA HUMANI CORPUS*  
111

& veluti caput [ ut vocant. ] mortuum reperitur.

Si jam clarificatus Helias præsto esset, & Astra possent loqui, silensve Natura linguis esset prædita, non opus foret incredulo allegare potius testimonia, qui meum hunc sermonem non cum intelligentia percipit. Nam si homo labore cecitate de nulla scriptura potest Judicium ferre. Intellectus verò judicat cum patientia, & sapientia à fatuitate sponte sua propria per experientiam sequestratur.

Spiritus Vitalis in homine quia est mobilis permeat omnes eius compages & artus, inque eis est sensibilis, licet non comprehensibilis nec tangibilis. Cuiuscunque autem membrorum subtrahitur per aliqua symptomata, id membrum tum lethale est, nec alia ratione vitam aut mobilitatem ullam ullius sensus iterum potest habere, nisi eius fiat restitutio & per recta media opemque Medicinæ in pristinum statum reducatur.

Hic

Hic igitur Spiritus Vitalis nutritur, cibatur & conservatur solum à solius humani sulphuris pinguedine dominantis in sanguine, per quem in toto operatur corpore ut substantia queat esse perfecta.

Nam Spiritus Vitalis nihil aliud est, quam Mercurius in homine, qui sustentatur à pinguedine sibi simili. Ita hic jam duo sunt, Mercurius videlicet & Sulphur. Quidquid præterea in homine est, quod in reliqua carne, corpore & ossibus reperitur, est Sal, tanquam tertium quoddam.

Sal igitur nobilissimum spirituum sanguini communicat in nutrimentum, quæ quidem Salsedo etiam in eo est perceptibilis, indeque in totum corpus humanum distribuitur, & que tanquam Balsamum quoddam ab omni putredine conservat, Estque instar vinculi atque copulæ, cuius beneficio Mercurius sive Spiritus Vitalis cum balsamo tanto diutius consistere & invicem unâ cohabitare possit.

test. Nam in Sale inest Spiritus, qui  
omnia alia Ballastina in dignitate sua  
atque statu tueatur oportet. Quod  
præterea in corpore reperitur. legro-  
gatis & subductis his tribus, nil nisi  
mera mortua res est, ut supra declara-  
tum est, nulli profus usus, nec ad ul-  
lam rem utiliter adhibenda.

Quia ratione igitur ista conjunctio  
dominium & regimen conservatur in  
homine, eadem etiam in Metallis, Mi-  
neralibus & Herbis unumquodque se  
exhibet & ostendit, ut corpus perfe-  
ctum in ipsius vita permanere & con-  
servari queat.

Quemadmodum autem in homi-  
ne unumquodque consequitur alte-  
rum & ordinem ei præscribit, ita fit in  
cæteris quoque animantibus ratione  
orientibus secundum genus suum  
cuiusque & proprietatem. Exem-  
pli gratia: Vacca est ex animatis, eius  
cibus ex gramine est vegetabilis. Me-  
getabile in ventre vacca per calorem  
primum purificatur, deinde per pu-

Putrefactionem sit separatio. Nam  
clavis orationis solutionis & separatio-  
nis est putrefactio. Cum vero sepa-  
ratio fit, tum subtilissimus spiritus,  
subtilissimum sulphur & sal subtilissi-  
mum vegetabilis essentia ex gramine  
transit in omnia membra & totum  
corpus vaccae. Spiritus regit vac-  
cam: Sulphur cibatur: Sal conservatur.  
Ubi hoc factum, natura ulterius mu-  
nera distribuit & iterum instituit se-  
parationem novam, ut quod vacca  
propter superfluitatem in se recipere  
nequit, sed a se dimittere & porro di-  
stribuere cogitur id est hoc, quod iam  
est substantia animalis, quae ex vege-  
tabili est transmutata. Ex lacte alia  
sequitur separatio per ignem, quod  
tamen modeste fieri debet. Nam sub-  
tilissimus quisque spiritus lactis una  
cum sulphure superiora petit, inde  
separatur & in butyrum coagula-  
tur: reliquum denuo modo debito  
separatur, deprimitur, & per il-  
lud rursum sequestratur, in quo

jam est alia coagulatio, unde homines  
caseum conficiunt. Quod superest  
ibidem per ignem elixatur & coqui-  
tur, ac rursus separatur, quantum  
modicum, quod magis est præce-  
dentibus duobus [cerotum vocant;]  
Post hæc omnia manet deniq; aquo-  
sitas quædam exiguæ utilitatis, quo-  
niam & spiritus & nutrimentum se-  
orsim in prioribus separationibus pe-  
nitus subtracta sunt atque adempta.

Post hæc natura per ulteriorem pu-  
refactionem egetit aliam ex se cras-  
sam sulphuream & saluginosam sub-  
stantiam, quæ spiritum suum vivifi-  
cum de integro ostendit, tãquam ex-  
tremum per sterces, quod nutrimen-  
tum suum de novo terra dat, & eam per  
suum sulphur & sal quæ crassa & pin-  
guia sunt ambo in sua essentia recun-  
dat & terram in melius convertit, ut  
novos fructus pariat; unde rursus  
existit novum nutrimentum & eibus  
ex animali in vegetabile; ex quo cre-  
scit triticum & aliæ fruges, unde rur-  
sum animale ex vegetabili reficiatur  
oportet,



oportet. Et ita natura una alteram  
subinde sequitur inperceptabiliter  
& incomprehensibiliter atque adhuc  
in vulgus cui naturam perdiscere non  
est cordi, ignota aut potius vulgo, prorsus  
incredibilis.

Ut autem rursus de homine mentionem  
faciam, omnino in corde hu-  
mani corporis tanquam nobilissimo  
membrorum potissimum & quasi  
maxime efficaciter sedem suam ha-  
bet & imperium nobilissimus spiritus  
vitæ. Huic nutrimentum præbet  
sulphur hominis, & spirituales ad-  
eius conservationem aditum patefacit  
per aerem. Nam si aere intercluda-  
tur homo, necesse est spiritum vitæ  
suffocari, & recedit invisibiliter mor-  
te se se iam præsentans. Nobilissi-  
mus autem Spiritus salis Conservati-  
vum est utriusque illorum. Eius spi-  
ritus nobilissimus portansit prorsus  
materiam autem crassiorem sui salis  
egerit in vesica, id quod spiritum ha-  
bet peculiatis naturæ & operationis.  
Et quod ex sale per urinam excerni-

fit, id rursus calorem efficit & ad-  
viam novam patefacit, ita ut accessus  
salis etiam si ex altis sit in homine  
nisi intermoriatur totus homo, ut re-  
siduum corpus eius exuratur in cine-  
res, quo reliquum quod est residuum  
extrahatur. Item exemplum habe-  
re, de quovis Mineralium sale, que  
per calorem velum concreverunt, coagu-  
lantur & per aquarum extrahi so-  
paciuntur. Cuius in primis & maxime  
omnia continentia salis generata cum  
terra salis vitæ solum certum  
prebent, atque in pluribus exemplis  
saliis facile tunc supercedimus.  
Spiritus vitæ suum exitum habet in  
terram brachia, totumque corpus sua  
mobilitate. Nam in morbis & sym-  
ptomatis debilitatur, & homo pro-  
pter huiusmodi symptomata impedi-  
tur, quo minus perfectum robur &  
vires suas exercere possit. Cum  
vero sanitate sua quisque perfectus  
fruitur, & corpus ex spiritibus  
vegetabilium, utpote panis aliorum  
que

quo fructu in primis verò vitium  
tritur atque alitur: tunc inde necessa-  
rio, corpus fit robustius: quia spiri-  
tus vitalis fit fortis per huiusmodi nu-  
trimentum & abundantem, ita ut in ase-  
de contentus non facietur, sed pro-  
pter abundantiam permeat omnes  
artus, in illos sese distribuens & ope-  
rationem suam edens. Quod si ve-  
rò cor imbecillum est & invalidum,  
indiciam præbet quod spiritus vita-  
lis non recte alimentatur, sed valde  
debilis est, unde alii lethales morbi  
finem properant, atque imponunt.  
Quia ignis non est in sua perfectione,  
sed extinguatur necesse est. . . .  
Ignis cordalis & calor nativus per  
aerem sustentatur, qui in illo inhabi-  
ret oportet, cuius subsidio, maxime  
pulmones indigent. . . . E pariter re-  
quirit aciem, ab asrilum edero nequit.  
Splenetiam aerem appetit, hanc eius  
mobilitas, frequentes, punctiones &  
graves dolores, parit: præcipue vero  
germana sedes, aeris clarè monstra-  
tur.

tur in pulmonibus; qui si detrimento  
afficiuntur id causæ est, quod salis sub  
sidio iusto destituantur, ideoque com  
putrescunt, ita ut sanguinem cum pu  
re eruant. Hic igitur est aeris cor  
ruptio, ex quo suum nutrimentum  
spiritus Vitalis debitum percipere  
nequit, sed elanguidus consumatur  
paullatim oportet; Quia Sal ei con  
servationem nullam asserere potest, &  
sulphur, atque aditus nutritionis est  
obstructus, neque rectè habet; unde  
phthisis macies hectica & consum  
tio carnis consequitur per exsiccati  
onem medullæ & sanguinis.

Salis substantia sive spiritus salis  
tanquam Balsamum corpus conser  
vans, suam sedem præcipuè ostendit  
in vesica, ubi omnes humores suum  
exitum habent. Reliqua crassities  
salis è natura in vesica per urinam se  
paratur atque egeritur, quemadmo  
dum jam ante tibi indicatum est. Ideo  
autem à me nunc repetitur, quia ho  
bilissimus spiritus, ut qui hominis cõ  
servatio appellari meretur, in socie  
tatem

ratem coit, & amicitiam in it qum spi-  
ritu vitali & cum eius nutrimento  
nempe sulphure, ita ut inde perfectū  
corpus fiat. Quod si verò defectus  
unicus quispiam incidit per operati-  
onem & subductionem Astorum, aut  
etiam per inordinatam vitam atque  
dietam, in cibo & potu, aliasve impor-  
tunitates, ut vel minima corruptio  
sentiatur: tum natura non in perfe-  
ctum suum statum adducta est. Ita-  
que doctus, & experiens Medicus ex  
huius defectus, observatione atque  
indagatione, rationem naturæ habeat  
oportet ad eam cognoscendam, ex  
quonam trium superius dictorum  
symptomata huius morbi in valetudi-  
nisve profuat; ut cum consimili ge-  
nere mediorum debito modo eis oc-  
curri possit. Simile enim omnino  
per simile propellendum est & non  
per contrarium ullum, ut calor cum  
calore, frigus cum frigore, punctura  
cum pungentibus: Quia unus calor  
alterum ad se trahit, frigus unum at-  
trahit alterum, non secus ac magnas  
ferum

sepius sic acuta & pungentia simplicia  
acutos & pungentes morbos; dispelle  
re possunt; & Mineralia venenosa  
etiam typhoidem ita acuti morbos cu  
rare & in melius restituere possunt  
si debite preparata fuerint. Et  
quatinus extimalacus refrigerans in  
recedum adhiberi & applicari solet; ta  
men ut Philosophus & expertus Na  
tura punit loquitur atque sermo in hori  
quod simile cum suis simili Radicali  
ter & fundamentaliter curari & eici  
debet: Alquidem verus sum medicus  
ac medicinae veris peritus.  
Quisquis huius rei nullum habet  
fundamentum, aut hoc non conside  
ratis non est verus & legitimus Me  
dicus; nec silentio suo gloriari de me  
dicina ulla potest; quandoquidem  
nec calidum nec frigidum nec sic  
cum nec humidum vere discernere  
potest. Scientia enim & experien  
tia cum fundamentalis indagatio  
Naturae faciunt Medicum non suu  
antem secundum Creatoris beneficia  
entiam; ex cuius sapientia omnia de  
LIVAN

van tur. Principiū, Medium & Finis.  
Secundo loco post invocationem  
rei nam nūmms sequunt naturalia  
medicā & medicina, quae in ipso met  
Microcosmo. reperiuntur in summo  
eneie; ut reliquorum animalū men  
tionem nunc nullam hūc faciam. Me  
alla & Mineralia sequuntur demum  
Nam in Auro, Argentio & reliquis me  
allis usq; ad septimum & ultimum si  
a est ac eximis, in primis, quia Mer  
curius in omnibus dominatur & in  
perat; quod vix in uno plus atque plu  
rimum, in altero minus reperitur. Mi  
neralia utem quod est suum praebent;  
quia propria septem ab origine nihil  
nisi substantia mineralis fuerunt.

Tinctura Solis praeter aurum & lu  
nam potabile multa possunt. Mercurius regit Microcosmū. Quod autem  
in omnium optimis metallis & nobi  
lissimis gemmis reperitur, id omne et  
ia ex Mineralibus, consimiliter, ad ne  
cessitate parari potest. Nam perfecta  
metalla ex mineralibus, uti modo dictū  
pata sunt, utpote ex Vitriolo, Antimo  
niū &

& aliis. Vitriolum est sulphur: An-  
timonium est Mercurius: Sal fan-  
quam copula reperitur in utroque; si  
figantur, & primis metallis aequi-  
lent. Nam ex illis hæc sunt orta &  
creata: Mineralia ex tribus princi-  
pis proveniunt, non in his, quam  
Metalla. Triâ principia autem veni-  
unt ex prima sua materia, primum  
Eis dicta: quæ nihil aliud est quam a-  
quosa substantia, sicca reperitur & nulli  
materia comparabilis, quæ & per  
quatuor elementa succrexit & con-  
servatur; quæ syderale dominium &  
regimen insequuntur. Hæc omnia  
Deus conditor ex nihilo sic ideo or-  
dinavit, ne homo tantum terrenis sit  
deditus, sed etiam coelestia & super-  
naturalia simul cognoscere cogatur;  
ut fides obtineat hoc pacto & in ali-  
quibus pro visu & tactu priores tene-  
at, & conservari possit. Quicumque  
Medicus autem hæc non intelligit, is  
pro medico haberi non debet. Quia  
Deus, scientia & natura faciunt me-  
dicum, ut sæpius prædixi: non autem  
loquen-



loquentia sine scientia quamvis Por-  
torum & expettorum vitiorum scri-  
pta multum hic conducunt & pro-  
movent.

In summa non satis humana ratio  
nec Medicus assequi & comprehen-  
dere potest, mihi minus exponere,  
indagare ac perdiscere, quid Medici-  
næ ex Microcosmo parari queat.  
Quia in ipso perfecta inest curatio  
omnium defectuum, ut simili propet-  
latur & etiam sanetur.

Mercurius Microcosmi est vitalis  
incomprehensibilis ac volatilis spiri-  
tus, uti docui.

Balsamum hominis exsiccat hy-  
dropem; & sal clarificatum curat  
Phtisim, & in Epilepsia se ipsum lau-  
dat. Et si spiritus dulcis odoris bene  
fragrantis sine corrosivo gratus & ac-  
ceptus ex eo paratur, non est minoris  
valoris, nec quidquam concedit Au-  
ro potabili, quod ad sanitatem homi-  
nis attinet, non autem ad ulteriora,  
præsertim ad lepram tollendam. De  
cæteris infirmitatibus inferioris gra-  
C dus

duis nunc super sedeo, neque mentio-  
nem heri ullam facio. Nam & Lapi-  
dem in vellea hic spinitus comminu-  
ere potest omnemque falluginosum cor-  
rupti morbi per eundem possunt in  
integrum restitui. Si artifex modò  
eius præparandi ratione debitam cal-  
let & Medicus recte adhibere novit.

Hæc igitur hæc clausula mea nunc  
est de Microcosmo eorum, quæ pau-  
cis quidem perscripta sunt pagellis,  
sed considerationis amplissimæ sunt  
in sua explicatione, multique mem-  
branis indiga nempe quod Forma &  
1. Materia. Mobilitas & Motus, Imagi-  
2. natio & Phantasia perfectionem effi-  
3. ciunt. Nam si omnia ista simul in re-  
cto Medio consistunt, necessario per-  
fectum dant Cytharædum. Etenim  
sine Materia & Forma corporis sine  
Mobilitate virium & cum defectu  
perfectarum cogitationum Ation cy-  
tharam suam in Delphino ad nullam  
unquam Melodiam concordare poterit.

Sicut in homine, ita & in metallis.  
Mercurius in Auro est mobilitas. Si

corpus reseratur & anatomizetur, Sulphur est calidū ex Minerali quodam volatilitate expulsum & fixatum quod exsiccat Lunam Phlegmaticā, eamq; calcificat, ut ejusdem animi fiat illi per omnia similis. In Materia & Forma inest Sal, quod dat coagulationem corporis. Quidquid præterea reperitur in auro abice. Separatio enim manifestationem rei parit, Simplicia eodem modo se habent, quoad ipsorum terna Principia, Forma & species. Herba aut floris est materia visibilis & substantiæ tangibilis, in ea latet ejus Sal vegetabile, tanquam sui conservans & defensivum. Gustus autem herbae est ejus Balsamum: unde herba nutrimentum suum nanciscitur ad perfectum incrementum. Odor volatilis est, in quavis herba & flore, prorsusq; spiritalis, ideoq; spiritus ex odoratu præcipuè percipitur, qui Balsamum permeat suiq; odorem sive gratus is sit sive ingratus, exinde secum tanquam essentiam tranvehit: id

C 2 quod

quod quinque sensus humani perceptibiliter sentiunt, nec non indagine persequuti valent.

Quæ præter hæc scripsi pro his ago gratias Domino in Altissimis. Sub inde omnibus ac singulis portò gratiam exopto & Dei Creatoris omnium benedictionem, Sic omnes in altera æterna incorruptibili & gloriosa; & in hac caduca, temporaria & terrena vita, fietis Beati, Sapientes, Divites. Amen.

Explicit liber de MICROCOSMO

De



DE MAGNO MUNDI MY-  
STERIO EUSQUE MEDICINA  
Liber alter.

FR. BASILII VALENTI-  
NI ORDINIS BENEDI-  
ctini.

Cœlestis revelatio duorum lumi-  
num, omniumque totius Medi-  
cinæ mysteriorum, quæ mirificum  
organum est minoris Mundi, tam in-  
trinsecus quam extrinsecus, hoc est,  
intra corpus & extra corpus ad com-  
munia vulnera & ulcera, eaque vel  
maximè quæ ab internis symptoma-  
tis oriuntur & maligna rorsione cor-  
pus infestant, adhibendum, ex una  
radice provenit, diversimodæ tamen  
præparationis & usus. Nam inter-  
num externo & hoc illi comparari  
nequit, quod ad præparationis & o-  
perationis virtutem attinet. Sed de  
C 3 forma

forma & materia utriusq; eorum u-  
num idemq; est iudicium.

Quo rectius autem meum instru-  
am proximum, aperte coniteor, di-  
as esse Medicinas, quæ omnia sine  
discrimine curant, & ex uno factæ  
sunt, quarû altera nominat Phalaia,  
quæ servit internè; altera verò suo no-  
mine aptè vocat Aia externorum cu-  
ratrix defectuum, quos auferit. Potest  
tamè utraq; pro una quoq; Medicina  
agnosci & appellari, tantû quod di-  
scrimen est in præparatione. Quo-  
modo igitur in operationem ambæ  
perducatur ex mea disces metachele-  
resi sive ex manualis operationis do-  
cumentis meis. Nam prius rectè co-  
gnitas esse oportet, & naturam eo-  
rum perferutando inventam; licet  
unica sit utriusque materia, quam  
hominatim volens detexi, non tamè  
ut communem facerem, sed more  
veterum ante me, eo tantum sine, ut  
intercessione precum quotidianâ  
sperem liberationem animæ meæ, ut  
possim recipi in hortum in quo pri-  
mi

mi nostri parentes fuerūt creati. Sic igitur habeto utramq; Medicinam ex unâ eademq; materiâ confici, ut iam ostendi tibi. Ad interiorē usū Materia ad tollendos omnis generis morbos putrefacienda, leparanda & per artem spagiricam ad summū purificanda & ut que in Medicinam exaltanda est per fixationē suâ propriæ naturæ, quam igne maturari & produci oportet. Etenim præteriens venenosa & volatilis proprietas quædam permanente præparata durabilitate quædam fixa omnes impuros spiritus ejiciat oportet, purget & mundet, ut cōmodi reddantur, quò natura melior obedientem & puram habitatiōnē occupet. Nam ista medicina præparata suū cursum & consuetudinē sequens, ubi aliquid maligni reperit, tanquã ulcix id profligat atq; eradicat, ut sola habitatiōnē possideat, impatiens consorti ullius impuritatis suspectæ rei.

Phalata igitur Medicina est universale internū sicut Ala externū

Nam

Nam totum sanguinem hominis purificat, radicatus purgat ab omni malignitate, confortat cerebrum, cor, Stomachum, atque omnia membra, bonum efficit sanguinem, memoria non expa. i. e. supplet omnes defectus tribus principiorum, si in eorum uno accidissent, restituit omne deperditum. Est vera clavis, qua totum corpus penetrando referatur. Recedere necesse est Leporam, Aquam intercutem, phthirim, podagream & omnes in genere aegritudines, quomodocumque sint ortae & quibuscumque appellantur nominibus. Nulla enim peccatrix natura penitus ita prolapsa est [de hominibus loquitur] ut non spiritaliter consolationem ad beatitudinem & corporaliter medelam ad sanitatem a Creatore suo expectare habeat, quod quidem solum consistit in Natura cognitione & scientifica experientia Mediorum; quibus illi succurri potest. Loquitur hic jam de morbis illis, quos aliqui incurabiles vocant. Ad alios enim morbos omnis

Generis



generis remedia alia habentur, quæ non descripta sunt hoc loco, sed illa mando utenda, quomodo sigillatim Alphabeto notata peculiari libello declaravi.

Hoc verò de Phaleia cognitâ & expectata mea Medicina affirmo, prorsus nihil eam subterfugere posse, cum penetrans indagatrix sit omnium defectuû. Permeat enim corp<sup>o</sup> spiritua-liter instar vaporis & pertran sit omnes arterias & carnē hominis tanquã subtile Balsamû, & restituit in integrum omnia deperditã virtute sua salifica. Non possum ultra Phalaiaam meam comimẽdando extollere, quia eius vis laudem sibi apud omnes ægrôs per se ipsa conciliat, qui eius usu sanitatem sunt adepti. Quicunque enim me Phalaiaam rectẽ assecutus fuerit, huic ego sufficiens sum Medicina ad sanitatem abunde. Nulla enim lingua unquam satis instructã fuit, nec reperitur in vivis ad prædicandas satis dignẽ meas laudes mō

C 3      dōdē

do debito, prout sum ipso usu com-  
petra.

Quemadmodum morbi distincti  
& symptomata corporis sunt ad de-  
bilitandum in qualibet ægritudine  
juxta suam proprietatem: ita multi-  
plices sunt etiam medicinae creatæ  
ad præveniendam unāquamq; ægri-  
tudinem in specie & ipsarum simul  
effectus & operatio ad illas ægritudi-  
nes pellendas. Sed hæc Medicina  
quæ generaliter pertransit est cœle-  
stis & sideralis qualitatis & proprie-  
tatis ex elementis orta, & ex tribus  
incipientibus nata. Hic partus ex cœ-  
tro cordis exiens, emanans, profu-  
ens in totam circumferentiam cir-  
culi sese extendit & omnia implet,  
ita ut perfecta Medicina in Micro-  
cosmo effusa veraciter deprehenda-  
tur, cuius virtutem atq; vim ex meo  
nomine solo, sed ex manualis præpa-  
rationis meæ atque usus cognitione  
abunde consequeris.

Talis Asa mea in operatione re-  
perta est in externis defectibus diu-

tuus

turris, atque 33 Medicis despe-  
ratis & profus incurabilibus, qui  
nullam adhuc veram notitiam inve-  
nire potuerunt. Consumit omnem  
malum sanguinem tendentem in  
putrefactionem, aut jam ingressu-  
rum in rofionibus corporis tantum  
internè usurpanda, quandoquidem  
fontem morbidi exsiccat & consu-  
mit, unde omnes eiusmodi maligni  
corporis defectus scaturientes ori-  
ginem ducunt & deperdita redinte-  
grat unde oriuntur fistulæ, Cancer,  
Lupus, Gangrana, tumentes & flu-  
entes tibæ, vermes & voragines  
multorum generum. In quocun-  
que item membro & loco hominis  
sele maligni aliquid exierit ab in-  
trinseco, aut quod diuturnitate jam  
patet, nec per ullius cheirurgi ac-  
que medici remedia & imposta  
emplasta (quæ nimis invalida  
sunt) potest curari, hinc retroce-  
dat & fugiat oportet, quorum om-  
nium sufficiens sola est curatio.  
atq;

atque remedium. Ad communia  
vulnera punctio, et si in inflicta mini-  
mè est ea opus; Nam in sua operatio-  
ne his nimis est efficax, quum leviora  
multa medicamenta in inferiori gra-  
du reperiantur ad ea tollenda & cu-  
randa, quæ extrinsecus per Balsama,  
olea, emplastra, intus verò per pulve-  
res & potiones fieri possunt, unoquo-  
que preparato in suo loco ad id ad  
quod est creatum & in quod operati-  
onem suam exercere potest.

Quæ forinsecus imponuntur in  
defectibus vulnorum, ea non possunt  
mederi illis, quæ ortum habent ab in-  
terius, quæ sunt rosiones corporis &  
solutiones continuitatis. Harum e-  
nim notitiam Medicus habeat oportet,  
ad indagandum earum originem,  
quemadmodum & communium vul-  
nerum eorumq; symptomatum. Su-  
per his discat oportet diligenter &  
accuratè ex fundamento certo & Ma-  
la illa cernere & Medicina rectè uti.  
Omnes enim rosiones & fluxus eius-  
modi proveniunt omnino ex corru-  
ptione

ptione quadam, quæ causam præbet  
formæ putredinis; Proinde per me-  
dia curari debet, quæ sint satis vali-  
da & idonea ad restituendum, & unius  
tamen amicitia cum alterius est iua-  
genda, ut in hac materia, id quod ex  
genere Abihail fieri debet, quæ nimi-  
rum omnia illa tria primorum prin-  
cipiorum in una coactione, per  
Media & adjumenta naturæ ad sum-  
mum perfecta & tamquam redun-  
dantia est adeptæ, ut eius medela &  
curatio fundum centri petat & in i-  
maradice suum examen perficere  
possit.

In vulneribus communibus non  
facile hæc indigemus, nisi sympto-  
mata incidant, ut pejora sint meru-  
enda. Hic enim Balsamum omnia  
efficit tanquam Sulphur: demittit  
enim carnem, ut natura suam mede-  
lam quam secum occultè gestat ipsa  
per sese exserat & perficiat, quando-  
quidem natura per medicinam tan-  
tum cibo est indiga, qua sustentetur  
& nutriatur.

Quam

Quamobrem merito mihi Deoq;  
inprimis in cœlestibus habebitur gra-  
tia, qui preces fundo, & intus atque  
extra medeor teque porro doceo id  
omne, quod ante me alii occulta-  
runt, nempe mederi & curare mira-  
biliter & fundamentaliter, quod in  
nullo exotico ligno nec herbâ inye-  
nitur, cum homines exteri juxta su-  
um cœlum etiam medicinas habe-  
ant exoticas. Nostrum autem cœ-  
lum in his locis nostris infirmitati-  
bus sine additione externarum her-  
barum, juxta nostram complexio-  
nem experimentorum abunde satis  
præbet; quandoquidem experientia  
in imperito Medico nimis est le-  
vis, nisi maius aliquid addiscat & ri-  
metur, ut & alii ante eum.

Proinde acquiesco ego in mea  
Phalaia & Asa unius nominis & uni-  
us generis ex quibus me Natura fe-  
cit Medicum, utpote cum se usq; ad  
præfixum mortis humanæ termi-  
num in sua virtute & efficacîâ contra  
omnem spem atq; opinionem multi-  
pliciter

placiter probavit, & victoriam atque  
triumphum suum ex strenuitate cō-  
flictus honorifica contra omnes ho-  
stes in omnibus velitationibus & du-  
ellis obtinuit, Ita ut totus videret  
mundus hanc duas Medicinas Pha-  
lajam & Alam ex una materia & una  
propagine esse ortas & preparatas: &  
satis adhuc patuerit ac quotidie pa-  
teat, quod omnia in genere in suum  
perfectum gradum collocare possit,  
quia ex centro est creata & iterum  
centrum ut eius radicem immoram  
potest conservare, & restituere in in-  
tegrum intus & extra eo sine inquietudine  
& ad quem est preparata.

Hic lectori, cui fideliter in ma-  
nualis operationis documentis istud  
aperui, omnem precor incolumita-  
tem & felicem preparationis succes-  
sum ad summam sanitatem. Nam o-  
pus hoc suūmet laudabit Magistrum  
per ipsum legitimum usum medio-  
rum & legitimam preparationē ad  
sanitatis conservationem. Finaliter  
& conclusivē pro instructione fide-  
li hoc libello: quod ad verum

& genuinum Medicum & Philosophum requirantur præcipuè quatuor, siquid perfectus vult esse & nuncupari medicus.

Primum est, ut omne propositum suum incipiat à precibus & invocatione diligentis Dei summi cœlestis Medici, ut ei ex alto tribuat gratiam suam, prudentiam, Judicium, & benedictionem ad res cœptas dextè gerendas & parandas, ut omnes videant, quid divina potentia homini peccatori in bonum indulserit, & per id glorificetur, & pro his beneficiis laudetur atq; honoretur, prætereaq; totam vitam suam & actiones omnes in Dei timore atq; honestate componat & transigat.

Secundo oportet Medicum discrete cognitionem accuratam & certam in orbi & infirmitatum, ut dignoscere & discernere queat, & quibus etiam Medicis eis sit occurrendum & obviandum. Nam in cognitione illa situs est principalis scopus, quem oportet tenere Medicum, quia sine cognitione



gnitione infirmitatis Medicus non  
est perfectus. Complexio enim ho- 1  
minis imprimis noicenda & obler-  
vanda est, & origo morbi indaganda 2  
& media remediorum diligenter ex- 3  
pendenda, explorandaq; ne infirmi-  
tati imponatur aliquid amplius one-  
ris contrarii, quo ad ulterius malum;  
hoc est, adversarium suum perduca-  
tur: sed potius ut ipse per conveni-  
entem & gratam Medicinam, quæ  
Naturæ sit propensa & morbo utilis  
atque salutaris in integrum fiat re-  
stitutio.

Tertiò requiritur etiam lectio 3  
multiplex & diligens studium mul-  
torum variorumq; Scriptorum à Sa-  
pientibus veteribus, qui ante nos vi-  
xerunt relictorum, quæ crebra itera-  
tione diligenter sæpe multumq; ex-  
pendenda. In qua iterata ac subinde  
renovata lectione attendatur eorum  
omnium unanimes consensus, ubi /  
nempe simul ad scopum eundem col-  
lineant. Ita quivis, qui iudicio non  
caret, malum à bono & Sophisticum

D

à veris

à veritate ex fūdo & radice discernē  
re discet: quia veteres ante nos multa quoq; scivere bona, & fateor me fundamentū omnis cognitionis meæ ex ipsis posuisse. Id quod me quoque compulit, ut aliis porrò post me relinquerem lapidem Angularem, ad veritatis plenorem confirmationē & propagationem & fundamenti cognitionem faciliorem liquidiorēq; per mea scripra faciendam.

4  
Quartò necesse est, Philosophum anatomem omnium rerum addiscere, ut inquirere possit, quid intus & extra in se contineant, atque ita Virus & contra Medicam vim adhibere sciat. Hūc autem pertinet multivarius Labor & industria quomodo Metalla, Mineralia Vegetabilia & Animata possit referate separare, exaltare & ad usum deniq; finalem præparare. Qui capita ista prius perdidit, is de omnibus potest postea ex fundamento sapienter discere & cum veritate asseverare. Alii autem quos laboris istius

pude

pu-  
det & piget : de ullo fundamento  
gloriarī ne utiquam queſit multò ni-  
nus ſua defendere poſſunt, quando  
quidem per multas malè fundatas  
præſcriptas Receptas ipſorum Ars  
abiit in opificium, præfertim cum  
non conentur aliquid amplius ad-  
diſcere: Cujus me tamen hæud pu-  
det, quamvis enim plurima cogno-  
verim, tamen quotidie diſco & ten-  
to ut plura indagem & cognoſcam,  
cum Natura ſit rotunda & ſine fine,  
neq; diſcendo exhauriri poſſit, in o-  
propter humanæ vitæ brevitate  
impoſſibile ſit, ut aliquis unquam  
reperiatur, qui verè gloriari poſſit,  
ſe ad ſummum omnia ita perdu-  
xiſſe, ut nihil amplius inveniri in  
ea poſſit, quod ipſi ſit inexplora-  
tum. Summatim benedictio & in-  
dulgentia à D E O habetur in preci- 1  
bus, in cognitione morbi addiſcitur 2  
curationis ordo, in lectiōe ſita eſt in- 3  
ſtructio & ex labore ſequitur inda- 4  
gatio. Qui quatuor iſta benè perdi-  
dicit & intelligentia comprehendit

ac observat; potest se Magistrum in  
Medicina profiteri, quia experien-  
tia comprobantur ejus specimina  
neq; per opificium indoctum sine o-  
pe pudeñdum in modum præcipita-  
bitur deorsum. Medicamenta mea  
divina opitulante Gratia post debi-  
tam præparationem atq; applicatio-  
nem se ita commendabunt, ut om-  
nes cognituri sint, Dei mirabilia cre-  
ata sua accepisse dona ad efficiendũ  
ea, quæ ab ignorantibus & incredu-  
lis comprehendi nequeunt. Sed si-  
des experienciã fulcitur indies, ut  
homo Deo creatori summo laudes  
perennes concinnet, & concinat;  
& Natura sui indicio agnosci & cele-  
brari possit, pro quo nemo homi-  
num in toto orbe ad gratitudinem  
debitam satis instructus reperitur.  
Quantum verò in me est, diu noctu-  
que Dominum celebrabo; adeoq;  
impossibile est ullo alio pacto erga  
Deum istud compensare.

Finaliter loquendo, siquidem mi-  
hi parebis, disce quod intimis preci-  
bus

bus, diligenti lectione, inquisitione  
peruestigandæ naturæ, & continuo  
labore ad eius multiplicem anatomi-  
am peragendam, omnia à Deo im-  
petrabis illa, in quibus sapientia sum-  
ma terrenæ gloriæ, præter nobilissi-  
mam humani corporis sanitatem us-  
quæ cum opulentiâ temporalis huius  
vitæ est abscondita.

Sed plenius te instruam, quo ex-  
plicatio hæc & indicatio mea pro  
perfectâ haberi possit ex causis sequen-  
tibus. Sæpe enim fit, ut in Scholis  
mirè proluxa & verbosa habeantur  
ratiocinationes & disputationes mirifi-  
cæ, de tribus omnium rerum Princi-  
piis, ex quibus cælum sit conditum,  
in quo terra quiescat & suam sedem  
habeat, quomodo elementa sint ge-  
nerata, unde firmamentum ortum  
suum duxerit, præter multiplices  
sententias de metallis mineralibus,  
herbis, arboribus, earumque omnium  
proprietas, quomodo quæque  
exorta sint, item quomodo Homo &  
cetera Animalia initio formam &

essentiam suam nata sint, deniq; o-  
mnium vitam, vires, virtutem & ef-  
ficaciam suo ingenio metiuntur &  
indagant: Sed tu, sapientiæ fili, audi  
me & observa documenta & dicta  
mea, quod omne ipsorum opinabile  
& verò simile propositum maximã  
ex parte non est nisi merum nihil, &  
ex solâ ignorantia & nullâ certitudi-  
ne affirmari potest, quia propter in-  
experientiam fundamentum nullũ  
ponere potuerunt, neq; veram per-  
vestigationem demonstrando didi-  
cerunt, Opinari enim cuius est lici-  
tum & speculationes volant in cœlũ  
& delabuntur in centrum etiam ter-  
ræ; & nisi experientia & probatio re-  
rum clara correspondet cogitatio-  
nibus, longè lætq; opinio fallere po-  
test, & in nuda speculatione acinani-  
sita est, ita ut speculator talis dicere  
cogatur, non putaram meas rationes  
ipso opere sese non fuisse directè  
probaturas. Propterea sæpe imagina-  
tiones ejusmodi hominum somnio  
sunt simillimæ, quod ut plurimum &  
quam

quàm maximè aberrat à scopo quia  
imaginationē exequutionis satista-  
ctio rarò comitatur, quandoquidem  
imaginatio essentiam naturæ nondū  
perfectè per disciplinam penetravit.  
Exempli gratia. Opifex aliquis sibi  
proponit artificiosum aliquod opus  
in sua arte perficere, ut horologia tin-  
nula ex metallis operosa industria af-  
fabrè cōficiat; aut ut dici solet, de pri-  
mo plaustrario, qui rotas primus cō-  
ferruminavit. Ubi verò Circulus &  
Quadrans in huiusmodi imaginati-  
one nō per manificium deducitur ad  
opus, ut perfectio rei ppositæ ante o-  
culos posita reipta cōpareat; tū ina-  
nis & vana mæet imaginatio, neq; pro  
arte perfecta haberi pparativè potest.  
Ad eundē modū sese res habet in cō-  
gnitione huius & aliorū Naturæ my-  
steriorū, quæ nō omnia digitis cōtre-  
ctari possunt, ita ut sicut superius me-  
morata opificia forment; Sed plura  
ad sui perveſtigationē requirunt per  
alia ulteriora media, quæ inexpertis  
insolita vident, quando nullū ab eis  
expetitur documentum. Idcō.

Ideo verè iterum assero, multum  
studii singularis ac diligentiae non igno-  
bilis requiritur ad ea ex ipsis elici-  
enda, indaganda & perlustranda,  
quae in ipsis latent, & quae ex eis fieri  
possunt; id quod per separationem  
& tequestrationem fieri solummodo  
oportet, uti natura nimirum artifi-  
ciorum anatomizetur, utq; eius incli-  
natio & proprietates ad bonum & ma-  
lum inde perdiscatur. quid quaeq; na-  
tura & in centro suo generaliter pos-  
sit, & quid in specie ex ea exeat.

Propterea maior & minor Mun-  
dus imò omnes res, quae ex eis oriun-  
tur & praeterea reperiuntur, rotun-  
do circulo, in cuius medio centrum  
est situm, conferuntur. Quocunq;  
circinum vertis, ubiq; manet circu-  
lus, & is undiquaque rotundus, ac  
centrum immotum. Ita oportet ve-  
rum Philosophum centrum in quaeq;  
Materia recte nosse, quae in suo esse  
immota manere debet; ipsum tamen  
esse ipse potest movere prout vult, &  
porro ex eo varii generis & formae  
plura



plura efficere, prout rei vis sua atque  
virtus ex alto est desuper infusa, ut  
instructionis gratia nunc dico. Rem  
naturalem aliquam sumo, eamq; re-  
fero per illam clavem, quæ est medi-  
um separationis & exploro in ea per  
probam ignis, qui Magister est omni-  
um Examinum, quid ex ea fieri possit,  
ibi interdum tot mira & tot proprie-  
tates reperio, quas antea cogitando  
ne attigi equidem, nedum expertus  
sum. Ex naturalibus rebus fiunt  
pulveres, olea, aquæ, salia, spiritus  
volantes, & nebulae, ubi in præpara-  
tione mira supra mira cernuntur,  
quæ per distillationem, digestionem  
& putrefactionem apparêt & depre-  
henduntur. Reperiuntur & viden-  
tur inquam multi spirituales & cor-  
porales colores, qui admodum miri-  
ficè cum insolitis variè exeruntur  
apparitionibus; nunc nigri, nunc  
grysei, nunc albi, nunc cærulei, viri-  
des, flavi, rubri, more fulguris, Iridis,  
cum repercussione variegatorum  
ignorum & mirificorum colorum

D 5 omniſ

omnis generis plusquā describi possit, & inexpertis credibile sit, ut antedictum est. Ex his preparationibus sequuntur proprietates confimiles indicationum suarum. Unum sit corrosivum & acre: unum amabile & lenne: aliud acidum, dulce aliud, prout quodlibet preparatur, ita de se edit bonum vel malum, venenum vel Medicinam. Nam etiam ex bono potest sumū Venenum fieri, & vicissim ex summo veneno optima ac summa etiam medela, quod mirari minimè debemus, quia in solā preparatione, ut ista sic formentur, est situm. Et quamvis non quivis indoctus hoc capite suo potest comprehendere, tamen est & manebit verum, quia natura per sui se explorationem ita patefacit. Nullus cæcus potest dicere, quomodo internū corp<sup>o</sup> hominis sit conformatum: Sed Medicus videns, cum anatomen & sectionem corporis instituit, tum demum ex fundamento judicare potest, ubi cor, cerebrum, Epar, pulmo, Vesica, Renes,

ies, Ventricleus, viscera & omnes  
venæ situatæ sint, quò tendant & per-  
tingant, & quæ sit eorum omnium &  
singulorum conditio. Ante sectio-  
nem autem & patefactionem ipsis  
sunt absconditum, sicut metallarius  
venas metallicas quas per mon-  
tes transpicere nequit, quid emolu-  
menti inde habere possit: sed cogitur  
primùm montes perfodere & reterege,  
& postea, quod ibi reperit, perfectè p-  
pare per ignè, tunc demùm in rei veri-  
tate scire potest, quid utilitatis & lu-  
cri ratiocinâdo inde cõsequi possit.  
Sic in omnibus aliis rebus etiã fiat o-  
portet, ut si quis Naturæ inquisitor  
iusto vult esse titulo. Alias Nugator è  
haud moror, qui non per experienci-  
am propriã loquitur: Nam eius ser-  
mones perinde fundati se habent ac  
cæci iudiciũ de coloribus. Disce igit  
disputator mi & inquire primùm fun-  
damentum ipsis oculis & manu,  
quod natura secum fert absconditũ,  
de demùm prudèter & cum iudicio de  
rebus differere & supra in expugnabilè  
Petram

Petram ædificare poteris. Sine hoc  
autem vanus & Phantasticus nuga-  
tor manebis, cujus sermones absq[ue]  
ullâ experienciâ supra arenam solùm  
fundati sunt, qui facile à quibuslibet  
ventis dimoveri ac demum concuti  
funditus possunt.

Fundamentum igitur scientiæ di-  
scendum est per uniuscuiusq[ue] rei, ut  
dictum est, sectionem, separationem  
& anatomen, quæ per solam distilla-  
tionem patet & cognoscitur. Hic  
elementa separantur quodlibet seor-  
sum, Hic exquiritur quod frigidum  
& humidum, calidum, aut siccum sit.  
Hic tria illa investigantur principia,  
quomodo spiritus separetur à cor-  
pore, quomodo aqua & oleum ab il-  
lorum uno quoq[ue] seorsim separari  
possit, & cuilibet materiæ suum Sal  
queat extrahi ex corpore mortuo,  
& iterum ex eo spiritus fieri, Et quo-  
modo denique hæc tria rursus con-  
jungi queant & per ignem rursus in  
corpus redigi possint. Hic item ad-  
discitur quomodo post separationem  
suam

suam quodq; & postea per conjuncti-  
onem iteratam ad omnia suo loco,  
ad quæ est idoneum, utiliter & rectè  
potest applicari, quod quidem sine  
his mediis alioqui fieri nequit. Nam  
prius in primâ generatione sui homo  
est terrestris & crassus: Sed cum per  
mortem anima, spiritus & corpus se-  
parantur in terrâ computrescit, &  
quando Altissimus Judicium suum  
exercebit, rursus resurget ita ut cor-  
pus, anima & spiritus denuò convē-  
niant simul secundum fidem & Scri-  
pturas; tunc Corpus non amplius  
crassum erit ut antea, sed penitus cœ-  
leste & clarificatum deprehendetur  
radians ut stellæ Orientis & sicut  
sol, omnibus nubibus & nebulis dis-  
sipatis, clarè cernitur: ita etiam pror-  
sus hoc in loco fieri consuevit; quan-  
do terrestritas contracta, divisa &  
segregata fuerit, tunc tria Principia  
Substantiâ mortua demum patefi-  
unt, mortuum derelinquitur, vis viva  
erò per id ad suam perfectionem  
pervenit; quia depositum est impe-  
di-

dimentum eius, ut eius virtus in operatione se exercere possit.

In tali separatione & manifestatione igitur demum manifestatur quid sint tria principia, de quibus multus est sermo, nempe Mercurius Sulphur & Sal, quodlibet secundum naturam suæ essentiæ. Qui hoc non reputat verum esse, is ad finem mundi pergere potest, ubi omnia demum vera esse experiet & sentiet, quæ incredulitas ejus per occæcatum intellectû non potuit cõprehendere. Quia autẽ sermocinationibus suis & nugis me aliquid melius edocere vult, non me verbis tantum nudis pascat sed experientiæ factum documentum simul sit præsto oportet, sine quo non teneor verbis alienis locû dare, si de his adhibere. Sed praxis hæc mihi unica attendenda unicè, sicut Theophrastus unus è duodecim fecit, qui de demonstratione etiam vult habere ocularem. Quãquam hac in re Theophrastus nullam equidem mentionem facere deberent, quia tamen spiritus

lis & Politica incredulitas per hiatū  
maximum discernuntur, religio mi-  
hi non fuit hōc istud adduxisse, quan-  
doquidem in cœlestibus & terrenis  
rebus magna est differentia, quod ad  
fidem attinet & substantiam tangibi-  
lem: Sicut huius etiam in sydereis si-  
ve astralibus & terrenis discrimen re-  
peritur. Syderale enim tantum acu-  
tæ speculationis imaginatione & opē  
Arithmeticæ observatur & peruesti-  
gatur: ad investigandum verò terre-  
stre requiritur speculatio simul & se-  
paratio: per speculationem suscipi-  
tur propositum: Per separationem  
verò consequimur doctrinam. Prius  
est spirituale, quia spirit⁹ hominis nō  
otatur, sed appetit plures pprieta-  
tes spirituales rerū omniū porro in-  
dagare. Quivis n. spiritus subinde sibi  
simile ad se attrahit, nō aliter atq; a-  
mans: Alterū est terrestre. Nā terre-  
stre corpus separatur per manūalem  
praxin à spirituali, ut unum ab alterō  
dignoscatur. Quia igitur anima in u-  
trōq; corpore veraciter se demōstrat,  
etiam

etiam verè omnibus inest. Nam cœ-  
leste & terrenum cōnectit simul tan-  
quam vinculum. Quando autem  
cœleste & terrestre separantur; ut  
anima suum corpus etiam deserere  
cogatur: tunc omnia tria & quodli-  
bet seorsim solum separatim habes  
& captivasti, quæ post veram cog-  
nitionem & compositionem debitam  
tibi eiusmodi triumphans & clarifi-  
catum corpus denuò constituere  
possunt, quod multis millibus mo-  
dorum inventietur melius, quando  
quidem crassum à terrestri sequestra-  
tum est & evanuit. Nam cum cœ-  
lum ac terra per ignem collique-  
scent imperio Creatoris, tum terre-  
stri per ignem tollitur crassum, & tunc  
per huiusmodi expurgationem ter-  
restre cum cœlesti in unâ sede pari  
gradu exaltabitur. Nam unum per o-  
mnia creatum est ab uno & quodvis  
per omnia ab uno ordinatum. Et  
quamquâ per peccatum omnia per  
unum hominem vitiata sunt in mor-  
tem, nihilominus tamen per unum

homi-



¶ omnia iterum sunt insta-  
rata & bona facta ad vitam. Ita intel-  
lige, quod unicus etiam Creator per  
ignem omnia iudicabit quanto ocy-  
us; & quod ex omnibus rursus unū  
unicé fiet necessariò, quod quidem  
erit Cœlestis substãtia, cui cessit ter-  
restris per ignem & quidem æterna  
gloria & majestas, cui Diabolus &  
Mors locum dedit, & cum electi cum  
admiratione ingentem majestatem  
& magnificentiam Dei intuebuntur  
qui in unâ Deitatis essentiã & tribus  
distinctis personis est omnia in om-  
nibus qui omnia condidit. Ita tres  
Deitatis personæ nobis parvæ fidei  
hominibus in sua inseparabili essen-  
tia præfiguratum voluerunt, quid  
creatura eius & ordinatio sit, quam  
per inscrutabilem sapientiam suam  
nobis patefecit; Quia mortalibus  
nobis nimis arduum est aliquid etiã  
hoc humiliter pervestigandi. Nam  
Deus vult & Deus & creator ipse esse;  
nos verò homines donis nobis con-  
cessis debemus esse contenti. Sed  
E . . . . . proxi-

proxime implebitur in intuitu, quod per Prophetas & Apostolos est prædictum, significatum & per scriptum & quod nunc temporis in sola fide consistit. Quapropter his contenti acquiescere debemus quantum nobis per naturam, quoad cognitionem Creatoris factum est visibile. Alterum autem incomprehensibile quod sola fides dijudicat, paulò post conclusionem finis etiam Mundi consequetur. Dominus Deus largiatur nobis omnibus veram cognitionem temporalium & æternorum bonorù.

Atq; his deniq; sub finem a se finalem, hoc totam hanc esse artem & totum Philosophicorum sermonum omnium fundamentum, cui inest & in quo quaritur illud, quod multi desiderant, neq; parcunt magnis laboribus, diligentia & sumptibus, nempe consequendi sapientiam & intellectum, longam vitam, sanitatem & opulentiam hujus mundi omnibus per brevis verbis exempli more comprehensis. Ac primum scire debes, quod  
exem-

exemplum ab animalibus tradam tibi  
bi ejusmodi, quod vile & simplex est  
coram oculis, sed in intellectu acutū  
& latissimæ considerationis. Gallina  
excludit ovum. Id per calorem in for-  
mam & coagulationē sive consisten- 1  
tē duritiem perducitur. Per ulteriorē  
calorem ovum transit in putrefactio- 2  
nem, ubi corrumpitur. Per hanc pu-  
trefactionem novum genus in se ovū  
recipit, per quod vita in eo rursus  
excitatur & novus pullus gallinace- 3  
us ex eo generatur. Et is quando ad  
perfectionem sui pervenit tunc rese-  
rantur cortices ovorum, discludun-  
tur & in diversa abeunt, ut creptare  
pullus queat; Iste partus cum ad a-  
tatem suam adultam pervenit, se de-  
inceps multiplicat & porro genus 4  
suum propagat fecunditate ulterio-  
re, sic subinde una natura suam con-  
similem adjuvante, promovente, &  
porro augmentante in infinitum.

Cæterum ipsum ovum non est  
pulli aut gallinæ quidem materia pri-  
ma. Sed carnis ipsorum prima ma-

E 2 series

series est sperma ac semen primum  
ex quo Ovum in formam sive corpus  
introit sive factum est, quod per na-  
turam non difformem per utriusq;  
commotionem in unum compactū  
& conjunctum est, ex quo subinde  
per calorem primò ipsum ovum, de-  
inde rursus ovum per calorem in  
putrefactionem vertit & novam ge-  
nerationem manifestavit, qui quidē  
partus novus suum sibi simile huius  
speciei subinde porro hoc modo  
multipliciter propagavit & semper  
multiplicavit,

Sic etiam cum ipso homine agitur  
Non enim homo ullum partum ede-  
re per se potest solus, nisi semen u-  
triusq; ipsorum maris, & feminae in  
unum conjunctum sit, postquam de-  
num conjunctionem seminum per  
nutritionem corporis & continuum  
calorem naturalem utriusq; seminis  
istius ( quæ in centro suo pro una  
naturaambo agnoscuntur ) novam  
vitam concipit, uti ex eo rursus ho-  
mines fiant, qui semen suum porro  
pro-

propagare possunt. Per quod medi-  
um totus hic mundus repletus est  
hominibus. Sperma enim hoc homi-  
nis nobilissimum est atq; subtilissimum  
sanguinis flos: proprietatis. candi-  
didæ; in quo habitat spiritus vitalis,  
qui per commotionē in unum quo-  
dammodo compellitur. Quando  
jam semen hoc in utriusq; speciei ho-  
minibus per incitamentum & cupi-  
ditatem Amoris simul coniungitur  
pariformiter, nec sunt naturæ cor-  
ruptæ, aut aliâs sibi contrariæ, repu-  
gnantes; tunc semen istud, ut paulò  
ante dictum est, per calorem conser-  
vatur in vitâ & per accessum in ven-  
tre materno usq; ad maturitatem &  
perfectionem, alimentatur, unde  
rursum homo existit, qui item po-  
test alios producere & multiplicare  
homines. Et hæc sunt dicta de sper-  
matica animalium materia.

Semen vegetabile & ipsum factum  
est tandem contrectabile & visibile,  
quod à quovis herbarum genere atq;  
fructibus separatur, & in tellure ad

sui multiplicationem propagatur;  
Quod quidem semen primum in terra putrescere oportet, & postea per mediocrem humectationem alimentari, donec vegetabile id semen iterum per convenientem calidum aerem aequabilem specie suam ad perfectionem perduxit. Sic omnia Vegetabilia per ipsorum semine propagantur & secundum speciem suam conservant, Id autem ex quo primum semine ipsorum Vegetabile ortum duxit, est quid aliud, nempe quaedam spiritua- lis essentia, aut syderalis influentia, per quam terra imaginationem acquisivit & materiam in se concepit, ex qua ope elementorum aliquid fieri necesse est. Cujus formae seminificae igitur terra secundum speciem suam & qualitatem celestis illius impressionis potissimum est appetens, eam ipsam formam tum praecipue suscipit & producit inde speciem, quae suum contractabile semen ad ulteriorem propagationem in sua generatione secutur, ex quo homo porro potest fieri

arti-

artifex. Nec enim homo tantum potest quantum natura per influentiã supernam ad novum scilicet semen formandum; sed tantum ad semen formatum propagandum.

De Metallis & Mineralibus ita te erudio; Unum est omnipotens Ens, quod inde ab æterno existit, & in æternũ perdurat; quod quidem Creator ipse est cœli ac terræ, nempe æterna Deitas tribus distincta personis indivisis; quæ tres personæ in Deitate una eademque perfectã diviã sunt essentia, ut dictum est. Et quamvis tres confiteor personas, tamen unum confiteor Deum, uti nec nisi unus est Deus in unicã essentia. Hoc tantum in exemplum propono. Primi seminis primorum trium principiorum. Nam primum principium seminis ad producenda Metalla, in tellure conficitur per impressionem & influentiã Astralis proprietatis, quæ à superiore transit in Inferius tanquam in ventrem terræ, & continuè operatur in eã per continuum calorem

ope ipsorum Elementorum. Utraque enim simul esse oportet; Sydereum sive Astrale imaginationem imprimit, ut terra ad conceptum idonea & pragnans fiat; Elementa vero partem hunc alimentant & nutriunt, & continuam calidam proprietate promouent usque ad perfectionem. Terrestris substantia prabet ei formam sive corpus; Ita initialiter metallicum & minerale semen efficitur nempe ex imaginatione sydereâ, Elementati Operatione & Forma terrestris. Syderale celeste est; Elementale est Spirituale; terrenum vero est corporeum. Hæc tria igitur ex centro suo producunt primum Ens sive Materiam seminis Metallici, quod postea Philosophi ulterius perscrutati sunt, quod ex hac substantia existit forma materiae Metallicae, contractabiliter composita ex tribus in unum; veluti ex Sulphure metallico celestis naturæ,  
1 Mercurio metallico Spirituali proprietatis, denique metallico Sale corporeæ naturæ, quod quidem per metal-  
2  
3 tal-



gallorum referationem reperit. Me-  
talla enim & mineralia, per mineralia  
rursum destruenda & recludenda sunt.  
Eiusdem enim generis sanguinis &  
proprietas sunt Mineralia, cuius na-  
turae sunt ipsa etiam Metalla, nisi quod  
nondum satis matura sunt ad coa-  
gulationem, & possunt ideo pro im-  
maturis Metallis agnosci, quando  
quidem Spiritus in eis non minus est  
validè Metallicus, atq; in ipsis perfe-  
ctis Metallis. Metalla enim destrui &  
in mineralia facile converti possunt:  
& ex mineralibus parantur Medici-  
nae, quae etiam Metalla maturare &  
transmutare possunt; Quod obser-  
vari debet. Hoc igitur fit quando  
Spiritus, anima & corpus invicem se-  
parantur & rursum conjugantur si-  
mul in unum. Quando igitur super-  
flua terrestreitas inde sequestratur &  
amovetur, sequitur plenus partus &  
perfecta maturatio per calorem ad  
operatione suam perficiendam: qui  
quidem Spiritus anima & corpus ab  
initio in ipsorum primo spermate

aqua coelestis fuerunt, quæ ista tria  
produxit, & ex quibus tribus Metal-  
licum Sulphur, Mercurius Metall-  
cus, & Metallicum Sal facta sunt, quæ  
per sui compositionem perfectum  
visibile contrectabile corpus fece-  
runt, primū quidem minerale, postea  
metallicum per Sydeream imagina-  
tionem incepta, ope elementorum  
percocta & maturata & per sub-  
stantiam terrestrem in formā & Corpus  
materiale compacta. Quando igitur  
mineralia & metalla ejusmodi retror-  
sum resoluta sunt in suum primum  
Principium, tunc coeleste sperma se  
exerit & patefacit spiritualiter, ita ut  
ex Spirituali corporeum fiat per co-  
pulationem & conjunctionem ani-  
mæ, quæ est vinculum inter medium  
ipsorum conjunctionis ad efficiendū  
inde Medicinam ad consequendum  
sanitatem, vitæ longævitatē, se-  
nectam, sapientiam, intellectum &  
divitias in fugaci hac mortali vita,  
Et hoc est tunc verè demum Philo-  
sophorum Sperma, ab ipsis diu quæ-  
situm

fitum nec agnitum tamen, & lumen  
quod multi appetiverunt videre &  
ipsa prima illa materies, quæ toti  
mundo palam ante oculos sita est, &  
tamen à paucissimis agnita, licet u-  
biquè locorum inveniatur visibiliter  
nempe Mercurius, Sulphur & Sal,  
cum Minerali Aqua, sive liquore me-  
tallico; tanquam centrum à sua for-  
ma separatum, & à tribus istis prin-  
cipiis effectum.

Cœlestis Medicus, æternus Crea-  
tor & inexhaustus fons gratiæ & pa-  
rens omnis sapientiæ, nempe Pater,  
Filius & Spiritus Sanctus in unâ Dei-  
tate, nos mirabilia Magnalia sua de-  
bita cum gratitudine pro his indebi-  
tis beneficiis; veraciter agnoscere  
doceat faciatq; nos opulentos cohæ-  
redes bonorum æternorum suorum,  
ut post hanc temporalem patefacti-  
onem etiam thesauros cœlestes, cum  
vero queramus lumine, agnoscamus  
& æternū cum omnibus electis possi-  
deamus; ubi gloria & ineffabilis ma-  
jestas sine fine coruscabit: quod sola  
fide

fide in servatorē consequimur, ad de-  
monstrationem ejus fructuum, id  
quod per charitatem proximi & o-  
pem atq; auxilium indigi, cum vitā  
innocenti & debitā obedientiā  
erga Deum testatum fiat  
oportet, Amen.


Finis tractatus secundi de ma-  
gno Mundi mysterio.



APHORISMI BASILIANI  
SIVE,  
CANONES  
HERMETICI

DE  
SPIRITU, ANIMA, ET COR-  
pore Majoris & Minoris Mundi,  
Conscripti ab

HERMOPHILO PHILO-  
CHEMICO.



Τὰ ἄνω μυστ. ἐννοῦντι ἀλλήθῃ δόξαιεν. ἀγνοοῦσι  
δὲ ἀσίστα.

Hæc scienti quidem vera videantur:  
ignoranti verò incredibilia.



MARPURGI  
Ex Officinâ Guolgangi Kezelli.

M. DC. VIII.

5113

CANONES  
HERMETICI,

*De Spiritu, Anima, & Corpore Maioris &  
Minoris Mundi.*

**H**ERMES *τετυβης* ob triplicis regni Mineralis, Vegetabilis, Animalis, imò ob triplicis in una creatura essentia subsistentia indagationem, in qua vim omnem vegetabilis, animalis, & mineralis Naturæ exploravit, Pater Philosophorum dicitur meruit.

2. Vis vegetans in natura Mercurii volantis, instar nivis candidi, concreti, non vulgaris inest; qui tam majoris, quàm minoris mundi quidam Spiritus est, unde naturæ ipsius humanæ, secundum animam rationalem, pendet mobilitas, atque fluxibilitas.

3. Animans autem vis, tanquam Mundi glutinum, inter Spiritum atque corpus medium est, atque utriusque vinculum, in Sulphure nimirum rubentis atque transparentis  
olei

olei cuiusdam, veluti Soli in Majore Mundo, & cor Microcosmi.

4. Mineralitas denique tanquam corpus instar Salis obrinet, mirabilis virtutis & odoris, ubi sal à scoria terræ separatum fuerit, à Mercurio non nisi corporis crassitie, & consistentia terræ distans.

5. Hæ tres substantiæ in una creatura essentialium minoris & majoris mundi constituunt, ex quo formatus est primus homo, cum fingeretur è pulvere terræ. Hinc accedit anima rationalis Microcosmi immortalis à Deo immediatè inspirata, horum trium & omnium functionum in homine motrix atq; directrix causa, veluti Regina.

6. Caterum ut è quatuor elementis conglobato pulvere terræ vis corporum nostrorum atque vita integra est, si spiritus Mercurialis, tanquam humidum radicale, & anima sulphurea, tanquam calidum naturale, una cum salis consistentia à putredine asservantis, suaviter in unum conspirent

spirent: ita vice versa animam immortalem à corpore conglobati pulveris terræ separati necesse est, si vel in uno principiorum trium pluribusve defectus oboriatur: in toto quidem unde mors; in parte verò, unde morbus: quod in septem Principaliū membrorum anatomia præcipuè videre est.

7. Huic triplici defectui nihil æquè mederi potest, quam illa limbi, ex quo primus homo conflatu est, conglobata in unum è ternis principis massa, quæ ad quamvis naturæ potentiam atq; vim excitandam ac fovendam valet, si in corpus astrale fixum debite fuerit versa.

8. Ex quo intelligitur Balsamum subjecti Hermetici cum corpore humano singularem harmoniam habere: unde Helveticus ille Physicorum Monarcha PHILIPPUS AB HÖHENHEIM sive PARACELsus, libro de Lapide Physico, Manuali dicto, hac Medicinâ Microcosmum, qui in limbo terræ situs & ex pulve-



re terræ formatus est, RADICALI-  
TER TANQUAM A SUO SIMILI, non  
autem secundum opinionem, sed  
verè ac propriè ad sanitatem posse  
perduci & conservari, rectissimè af-  
ferit.

9. Tantò verò id magis attenden-  
dum est, quantò medicina vulgaris  
debilior est ad tria illa principia mi-  
crocosmi, eorundemque harmoni-  
am radicaliter tuendam atque in-  
struendam: quippe veluti ex acci-  
denti [ quandoquidem tota ferè in  
quatuor humoribus occupatur ] tri-  
bus illis principiis obstetricans.

10. Mineralis autem Medicina  
Chymica è metallis & mineralibus  
rarò vel rectè paratur vel administra-  
tur: unde Paracelsus eodem in libro  
Medicinam suam omnibus præfert:  
negare tamen sese negat, magna Ar-  
cana item aliis in rebus Mineralibus  
inesse, sed longioris operæ & laboris,  
neque facile rectè usurpari, præfer-  
tam ab imperitioribus; quin hæc in-  
ciden-

cidentes plus damni dent, quam  
prodesse queant.

11. Queramus igitur Limbum Mi-  
crocosmi in quo is situs est; hoc est,  
globum illum viscidum terræ, ex  
Mercurio, Sulphure, & Sale concre-  
tum: qui quidem quoniam ex humi-  
do quodam existit, pulchrè viscosa  
humiditatis humiditas, secundum  
Gebrium, dici potest.

12. Sicuti enim Mundus licet ex  
Nihilo conditus, originem debet A-  
quæ, cui Spiritus Domini incuba-  
bat: rebus tam Cœlestibus quàm  
Terrestribus omnibus inde prode-  
untibus: ita Limbus hic emergit ex  
Aquâ non vulgari, neque ex rore  
cœlesti, aut ex Aëre condensato in  
cavernis Terræ, vel in Recipiente  
ipso, non ex abyssu Maris, fontibus,  
puteis, fluminibusve hausto: Sed ex  
Aquâ quadam perpeffa, omnibus ob-  
via, paucissimis cognita; Quæ in se  
habet, quæcunq; ad totius operis  
complementum sunt ei necessaria,  
omniamoto extrinseco.

13. Est autem Natura hæc quædam media inter Majorem & Minorem Mundum ubique repertitia, & tam ad pauperem, quàm ad divitem: uti adferunt omnes Philosophi. Projicitur enim in viis, & conculcatur pedibus: licet tam admirandum operationum sit fons. Unde tria illa corporis nostri principia, diversis proprietatibus gaudentia, sunt instauranda.

14. Hæc materia resoluta in suam propriam Aquam [ ab Aquâ enim omnis Generatio profluit. ] per 4. Elementa rotatur, donec in Naturam Astralem fixam abeat, in Ovo Physico; quod à fotu Gallinæ indefinenter ovis incubantis dicitur: alioqui spes omnis sobolis periret.

15. Sic Avis Hermetis semel inclusa Caveæ, quæ Furnus est, vaporosi ignis nostri calore continuato gradatim excitanda est, donec seipsam excludat, & suo partu omnes sanet.


16. Ut autem in trium Principiorum perpele huius Aquæ præparatione

nihil addimus substantiali Materiei: nihilquè subsistentibus tribus proprietatibus in ea adimimus, sed solà præparatione superflua removemus, hoc est, heterogenea, sive Terram emortuam, & aquam inspidam: ita opus Hermeticum trium Principiorum præparatorum conjunctione inchoatur sub certâ proportione, nempe pondere corporis sesquialtera parte Spiritum Animamq; prope- modum æquantis.

17. Exinde fotu continuo regenda sunt omnia, ut Natura Agens interior, neque cesser, neque excessum patiatur. Fiat igitur initio ignis mitis, & primus quidem quasi 4. guttarum sive filorum: donec Materia nigrescat, Post adde, ut sit quasi 14. filorum: donec se abluat, & Iris apparens in colorem Gryseum desinat. Inde urge quasi 24. filis, usque ad Albedinem perfectam, Nive superiorem fluentem, fixam, quæ est Luna Microcosmi.


19. Quod si procedere cupis ad  
Rubedinem perfectam, per dies 70.  
continuabis ignem, donec Lapis ver-  
tatur in Rubinum pellucidum gra-  
vem, atque ponderosum: qui qui-  
dem est Sol Microcosmi, eodem mo-  
do augmentandus, quo fuit inchoa-  
tus. Hujus unum granum, sex mil-  
le granis æquipollet: unde in tenuis-  
sima Dosi est administrandus.

RADIX ELIXIRIS



Enthens est olli vigor & cœlestis imago,  
Unde fuit nobis hæc medicina Dei.

FINIS



Reliure serrée